



EX LIBRIS  
ILLVSTRISSIMI VIRI,  
DN. DAN. LVDOLPHI,  
LIB. BAR. de DANCKELMANN,  
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII  
STATVS INTIMI, cetera,  
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ  
TESTAMENTO RELICTIS.

*Ab. 52. j*



3

I. N. J.  
DISPUTATIO III.  
**SELECTARUM  
THESIUM  
JURIS CERTI & CON-  
TROVERSI**

Ex Tit. j. d. J. Personarum d. Ingen. d. Li-  
bertin: Qui & ex quib: caus: man: non possunt d.  
L. Fus. Can: & de his qv. s. vel al: Jur. eisq; ff. C. Just. Theod:  
Libb: βασιλικ. & ✕. Titulis respondentibus.

*Quam*  
**PRÆSIDE**  
**JOHANNNE CHRISTO-  
PHORO Solk/**

J. U. D. & P. P.

**DANIEL SCHELGVIGIUS,**

Siles.

**RESPONDENS**

publicè defender

**IN AUDITORIO MAJORI**

A. cl. l. c. LXXX.

---

**REGIOMONTI.**  
**PRÆLO REUSNERIANO,**

VIRIS

*Nobilissimis, Amplissimo, Consul-  
tissimis, spectatissimisq;*

DN. ADAMO GUTSCHIO,  
Civitatis Kniphofianæ Vice-Consuli  
gravisimo.

DN. CAROLO DANIELIS,  
Jcto & Reformatae Ecclesiae, quæ  
Regiom. Borusorum est, Præstiti  
meritissimo.

DN. RICHARDO  
DANIELIS,  
Mercatori apud Rigenses flo-  
rentissimo.

*Dominis, Patronis & Fautoribus  
suis admodum colendis*

Melioris studiorum suorum com-  
mendationis ergo

D. D. D.

DANIEL SCHELGVIGIUS,  
Siles.



Titulis *J. d. Jur. Pers. d. Ingen. d. Libertin.*  
 Qui & ex quib. ca. ma. non p. d. L. Fus. Can:  
 & d. his qv: sui vel alien: Jur: s. respondent in ff.  
 T. d. Stat. Hom: d. manumisf. d. manumisf.  
 Vind. d. manum. q. Ser. ad. d. man: Testam: d.  
 Fideic. Libert: d. Ademp. Libert: d. Stat Lib:  
 Qui sin. man: ad Lib. perv. Qui & à quibus  
 man lib. d. Jur. Aur. Annul: d. Natal: restit: d. lib: caus: Quib. ad  
 libert: proclamar non. lic. Si in genus esf. dic. Ned. Stat. defunct. post  
 quinquen. d. Collus. deteg: de Jur. Patron. d. Obseq. par: d. Oper. Libert:  
 d. Bo: Lib: in C. Justin. de Ingen: man: d. Vind: Lib: & ap. Conc. ma:  
 d. Serv. Reip. ma. d. Testam. man: d. Fideic. Lib: de L. Fus. Can: tol-  
 lend: d. Dedit. Lib. toll: d. Lat. Lib: toll: d. comm: Serv. man: d. Serv.  
 pign: dat. ma. d. his qui à non Dom: Pro quib. ca. Ser. pro præm:  
 Lib: accip. d. Jur. Aur. Annul. d. Nat. rest: Comm. d. manum. d.  
 Lib. caus. Quib: ad Lib. proclam. non lic: d. Adfert: toll: Ned. Stat.  
 Def. post quinq. q. Collus. deteg: d. SC. Claud. toll: d. Oper. Libert:  
 & Jure Patronatus. In C. Theod. L. Diff. C. Justin. d. ing. man: re-  
 spondent verba initia b. l. 8. d. Fam. Lib: Titulo ff. d. Stat. Hom. re-  
 spondent Tit. de Fugit: Col. Inquil: & Servis. l. Si quis in libertatem  
 3. C. Justin: Quib. ad lib: proclam: non lic: explicatur l. 2. in med: d.  
 Lib. caus. Agitur quoq; in C. Theod: d. manum: in Ecclesia. d. his qv.  
 à non Dom. man. d. Lib: & cor. Lib: & d. SCT: Claud: In libb: βασιλικ  
 reperiuntur ferè omnes in ff. relati Tituli. in *¶*. d. Serv. non ord:

II. Continetur in his titulis (1.) Personarum conditio in utero  
 materno §. 1. j. d. Ingen. l. 5. §. 2. d. Stat. Hom. l. 7. 11. 12. 23. & 26. ff.  
 d. Stat. Hom. l. 5. βασιλικ. d. Stat. Hom. & Div. person. (2.) extra  
 uterum ætas cujus septem sunt intervalla infantia l. 18 pr. C. Just. d.  
 Jur. delib. deinde pupillaris ætas l. 14. ff. d. Spons. sequitur mino-  
 rennitas, hanc excipit pubertas plena §. 5. & f. j. Quib. ex ca. ma:  
 Hanc vero majorenitas postea Senectus & tandem Senium §. 4. j.  
 d. Jur. Pers. t. t. ff. & βασιλικ. Quib. ad lib. proclam. non lic. (3.)  
 Sexus l. 9. & 10. ff. d. Stat. Hom. l. 7. & 8. βασιλικ. de Stat. Hom. &  
 pers. Div. (4.) Libertas vel Natura §. 1. j. d. Jur. pers. l. 4. pr. ff. d.  
 Stat. Hom. t. t. ff. Si ingen. esf. Dic. βασιλικ. eod. t. t. C. Just. d. Ingen.  
 man.

*man. t. t. ff. d. Lib. caus. nec non C. Just. & βασιλ. eod. ut & in C. Theod. eod. t. t. ff. & C. Ned. Stat. defunct. post quinq. vel manumissione, pr. j. d. Libert. t. t. ff. & βασιλ. d. manumisf. hæc fiebat modis aut civilibus vindictâ §. 1. j. d. Libert. t. t. ff. C. Just. & βασιλ. d. manumisf. Vind. Testamento d. §. 1. j. d. Lib. t. t. ff. C. j. & βασιλ. d. man. Test. t. t. ff. & βασιλ. d. Fidei C. Lib. in SS. Ecclesiis sub aspectu plebis & Antistitis qualicunq; scripturâ interveniente facta l. un. C. d. Lat. Lib. toll. d. §. j. & aliis præterea modis t. t. ff. βασιλ. Qui sive man. ad Lib. perv. t. t. ff. & C. J. d. Jur. aur. annul. d. Natalib. restit. t. t. ff. & C. J. Quib. ad Lib. proclamare non lic. t. t. in C. J. proqv. ca. Serv. propræm. lib. accip. aut naturalibus inter Amicos, per mensæ adhibitionem aut Epistolam §. 1. j. d. Libertin. (5) Effectus manumissionis t. t. ff. C. J. & βασιλ. d. jur. Patron. t. t. ff. & βασιλ. d. Obseq. t. t. ff. & C. J. d. Oper. Libert. t. t. ff. C. j. & βασιλ. d. Bo. Lib. (6) Libertati opponitur Servitus §. Servitus j. d. lur. pers. l. 4. §. 1. ff. d. Stat. Hom. t. t. ff. & βασιλ. d. Adempt. Lib. t. t. ff. & βασιλ. d. Stat. Lib. t. t. C. d. dedit. Lib. toll. d. Lat. Lib. toll. t. t. C. Just. & Theodos. d. SCT. Claud. (7) Manumissioni opponitur Ælia Sentia t. t. ff. & βασιλ. qv. & à qv. ma. li. n. f. & ad L. Æliam Sent. & Fusia Caninia t. t. j. & C. Just. d. Leg. Fus. Can. toll. (8) Divisio in Cives & peregrinos l. 17. ff. de. Stat. Hom. l. 13 βασιλ. eod. (9) Effectus Dominicæ potestatis t. t. j. & ff. d. his qv. su. vel. al. ju.*

III. *Personarum Jus* neglecta definitione *Divisionibus* absolvitur, Definitionem *nominis* ex Gabii Basii libris quos de origine vocabulorum composuit arcessere licet à *personando* Nam caput os cöoperimento personæ tectum undiq; tantum vocis emittendæ via pervium quoniam non vaga neq; diffusa est, in unum tantummodo exitum collectam coactamq; vocem & magis claros canorosq; sonitus facit, quoniam igitur indumentum illud oris clarescere & resonare vocem facit: ob eam causam persona dicta est, o litera, propter vocabuli formam productione. Quæ verba refert Aul. Gell. N. A. l. 5. c. 7. Sed hoc in significato personæ vocabulum & titulus j. d. ju. pers. non adeò late pateret quàm Tit. ff. d. stat. Hom. Sub quo etiam agitur de commodis eorum qui in utero sunt, sed hi non personant.

Statum

Statum definit Pufendorfus *d. J. N. & G. L. 1. c. 1. esse Ens morale*  
*Suppositivum ob analogiam quam habet cum spatio, quanquam*  
*in eo differat status à spatio quod hoc sit quoddam substantiæ genus*  
*immobile ac extensum primo ac per se, quod etiam sublatis rebus*  
*naturalibus subsistere queat. Status vero ut & cetera moralia forma-*  
*liter considerata & quæ talia modi & attributi rationem tantum obti-*  
*neat, ita ut remotis personis quæ in Statu illo morali esse intelligun-*  
*tur, ipse quoque Status existentiam suam vix amplius tueri posse vi-*  
*deatur. Quod ipsum ex Philosophia Scholastica petiisse videtur in*  
*quâ distinguunt inter actum & Statum; illum traductionem rei ad*  
*certum terminum: hunc definiunt, quod sit permanentia rei in eo*  
*termino, ad quem à causâ Efficiente traducta est. Valent. Velthem*  
*ad H. Grot. d. J. B. & P. L. 1. c. 1. §. 4. n. 4. Sed ita minus juridice*  
*accipitur vox Status quæ docente Henr. Hahn. O. th. pr. ad Wes. d.*  
*Stat. Hom. ambigue sumitur (1) prò firma & perfecta ætate l. 13. d.*  
*prob. l. pen. C. quand. d. Leg. (2) prò conditione seu qualitate ali-*  
*quâ relatione ad hominem, tumque accipitur tripliciter vel gene-*  
*raliter quæcumque; denotante v. c. naturalem quæ ratione sexus est*  
*maris & foeminæ l. 9. 10. d. Stat. Hom. nati vel in utero existentis l. 7. l. 11.*  
*12. 14. 15. 26. eod. Legitimi & naturalis vulgo quæsitæ l. 19. l. 23. 24. eod.*  
*vel specialiter ad Statum hominum civilem, secundum quem diver-*  
*sissime jus redditur. Sic Status & Dignitas opponuntur l. 20. eod.*  
*§. 5. j. d. cap. min. & hic Status vocatur caput arg. pr. j. d. cap.*  
*min. & l. 1. pr. ff. eod. Ab hoc statu descendit jus personarum quod*  
*juri rerum opponitur & est facultas seu potestas personæ concessa*  
*ex sua conditione Donell. 2. Comm. jur. civ. 9. Reliquæ duæ accep-*  
*tionem ut sunt Status obligationis i. e. natura & conditio l. 9. §. 1. d.*  
*duob. Reis l. 108. D. V. O. l. 124. eod. & Status publicus §. f. j. d. j. & j.*  
*non sunt hujus loci. Denique Status Libertatis, vel familie tan-*  
*quam pars etiam proprie in Strictissimâ acceptione Status dicitur*  
*l. 41. d. R. C. l. 15. d. prob. l. 15. qu. Test. fa. l. 24. ff. d. Capt. & postl.*  
*rev. §. 12. j. d. Excus. Tut. §. 3. j. d. cap. min. l. qui in provincia*  
*§. in libro ff. d. Ritu Nupt. Dissentit Bach. ad Treutl. V. 1. D. 2.*  
*th. 2. Lit. A.*

IV. Per aliquam juris fictionem positivam illi qui concepti  
 sunt pro jam natis habentur l. 7. ff. d. Stat. Hom. quod factum pri-  
 vilegio

vilegio procreationis liberorum tum favore fatus ob spem nascendi  
*l. 1. pr. d. ventr. in poss. mitt.* tum favore Reipub. cui partus nasci-  
 tur ut quoad libertatem hereditates & quoties de suo, non vero,  
 quoties de alterius commodis quaeritur pro jam nato habeatur ideo  
 dicit *l. 5. βασιλ. d. Stat. Hom. & Divisione personarum. qui in ute-  
 ro est pro superstite est in quibus sibi prodest & non alteri, ne quidem  
 prodest patri ad Excusationem: Quando gemelli in utero sunt  
 commoda primogenitura non cedunt illi qui primùm in utero con-  
 ceptus, sed illi qui primùm perfectè natus est Tiraq. d. Jur. Primog.  
 q. 1. n. 8. est enim conceptionis hora incerta, ideo dispositio de  
 commodis primogenituræ ad incertum aliquem eventum trahi non  
 debet, qualis est præventio unius gemelli ad alterum in conceptione  
 Mascard. d. prob. concl. 1146. n. 1. vol. 3.*

V. Ante septimum mensem fatus non est perfectus, vitalis  
 & legitimus quicquid in contrarium dicant *Concennatius singul. q. 4.  
 n. 4. l. 2. & Avicenna l. 1. d. anim. c. ult.* Septimestris est legitimus  
 & vitalis *l. 7. ff. d. stat. Hom. præjudicia in Germania allegant  
 Carpz. J. F. c. 27. def. 14. & Chr. Phil. Richter. 2. dec. 89.* Octi-  
 mestrem pro non vitali habent *Tiraq. in l. Si unquam C. d. Revoc.  
 Don. Glosf. suscep. Lib. sub. n. 205. Hippocr. inpr. l. d. Octim. part:  
 imo quibusdam abortionem non partum visum esse dicit A. Gell:  
 N. A. L. 3. c. 16.* Sed Nos eum quoq; vitalem & legitimum esse cen-  
 semus cum mensi nono adhuc propior sit Septimò, & infirmitas  
 saltem ex accidenti obveniat quæ alias octimestri è motu ad-  
 scribitur. Ideo *Colleg. Jurid. Helmstad.* pro legitimatione partus  
 a. 1601. respondit *Hahn. in O. th. pr. ad t. d. Stat. Hom.* Noni-  
 mestris decimestris & initium undecimestris indubiè admittuntur  
*Alphons. à Caranza d. part. Paul. Zacch. qv. med. legat. l. 1. T. 2.  
 q. 5. & 6. Hipp. in lib. d. Septim. part. in pr. & in lib. d. octim. part.  
 qui mense 12. 13. & 14. prodeunt illegitimi sunt; Et quanquam A.  
 Gell. d. l. de fætu tredecim mensium ex Plinii Secundi l. 7. Natur.  
 Hist. ita scribat: Masfurius auctor est, L. Papirium Praetorem, se-  
 cundo herede lege agente, b. p. contra eum dedisse, quam mater par-  
 tum se tredecim mensibus tulisse diceret, quoniam nullum certum  
 tempus pariendi statum ei videretur hæc tamen non obstant quia ipse  
 verbis Plinii præmittit id extra fidem esse videri posse.*

VI. Vari-



VI. Varias hominum ætates esse docent *P. Zacchias q. med. leg. L. 1. T. 1. Arist. in l. de Juvent. & Senect. c. 14. A. Gell. N. A. l. 10. c. 28. Joël Medicus in Comp. Med. l. 1. sect. 3. petit. 13.* Nos Septenarium numerum approbamus, quia is juri nostro quàm maxime convenit. Ab ordine ætatum prima Dicitur *infantia l. 68. pr. ff. ad L. Falc. l. 8. §. 3. C. d. Bon. que Lib. l. si infanti C. d. Jur. delib. Glo. in l. qui habent Tutorem §. Si pupillus pupillave vers. infanti ff. d. Tut. Menoch. d. arb. jud. quest. l. 2. cent. 1. cas. 17. n. 8.* prohibetur hac ætate contrahere *arg. §. 8. & 9. j. d. Inut. Stip. l. 59. ff. d. O. & A. l. 41. ff. d. Cond. Indeb. adoptare arg. §. 4. j. d. Adopt. Stipulari l. 20. d. V. O. Sponsalia celebrare l. 14. ff. d. Spons. Testamentum facere §. 1. j. Quib. non est perm. fa. Test. Hereditatem acquirere extraneam s. directam s. Fidei-Commisariam l. 9. ff. d. A. H. l. pen. pr. C. ad SC. Trebell. Possessionem acquirere l. 1. §. 3. l. 23. §. 2. ff. d. A. P.* In judicio criminali in hanc ætatem non cadit Actio, nec conventio quia similis est furioso *l. 12. Ad L. Corn. d. Sic. §. 10. j. d. Inut. Stip. l. 23. pr. ff. d. Furt. Constit. Crim. Car. a. 179. S. LR. L. 2. a. 65.* Neq; in judicio civili in jus vocatio *l. 4. pr. ff. d. in jus voc.* aut testimonium aut conventio quædam. *Rosb. proc. Civ. t. 11. n. 7. seq.*

VII. *Alteram ætas inter infantiam & pubertatem minus plenam interjecta est, ideo dividitur ut quædam infantie quædam pubertati propior sit §. 5. & 10. j. d. Inutil. Stipul. l. 11. pr. ff. d. R. 7.* Ætas *Infantie proxima gaudet jure Infantie, pubertati proxima si doli capax verè quidem delinquit §. 18. j. d. Obl. qv. ex del. nasc. non tamen ordinariè punitur Althus. Dicaolog. l. 1. c. 99. n. 58.* Hæc ætas non est capax honorum *l. 2. §. 1. d. Jur. Immun. l. 8. ff. d. Mun. & Hon. non obligatur l. 9. pr. ff. d. Auth. Tut. l. 41. ff. d. Cond. Indeb. l. 59. ff. d. O. & A. inepta ad matrimonium Contrahendum pr. j. d. Nupt. l. 4. ff. d. Rit. Nupt. ad manu mittendum arg. §. f. j. qui & quib. caus. man. ad adoptandum arg. §. 4. j. d. Adopt. ad Testamentum faciendum §. 1. j. quib. non est perm. fa. Test. l. 5. & 19. ff. qui Testam fac. p. l. 4. C. eod. & ad testimonium l. 3. §. 5. & l. 19. §. 1. ff. d. Test. Arcetur à delatione Juramenti l. 17. §. 1. & 2. ff. d. jurej. à vocatione in jus l. 2. C. qv. leg. pers. stand. in jud. immunis à tormentis l. 10. pr. d. Quest. l. 1. §. 33. de SC. Syllan. Bona hujus ætatis non possunt alienari sine decreto Magistratus l. 22. C. d. Administ.*

*Tut. in rebus pecunia emptis datur jus pignoris vel domini l. 7. pr. ff. qv. pot. in pign. l. 3. pr. ff. d. Reb. eor. qui sub. tut. l. 2. ff. quand. ex fact. Tut. conceditur quoq; immunitas à præscriptione l. 3. C. d. Auct. prest.*

VIII. *Tertia ætas est pubertas minus plena §. pubertatem j. quib. mod. Tut. fin. prohibetur absq; Curatore litigare l. 2. C. Qv. leg. pers. stand. in jud. hab. l. 11. C. qui dare Tut. vel Cur. p. esse Procurator in judicio §. 5. j. qui & ex quib. caus. man. accusare l. 15. §. 6. ff. Ad L. Jul. d. Adult. testimonium dicere in criminalibus l. 20. ff. d. Test. & torqueri l. 10. pr. ff. d. Min. Quarta ætas est plena pubertas Schneidew. in Comm. ad §. 4. j. d. Adopt. n. 4. l. 40. §. 1. ff. eod. l. 15. §. 6. ff. Ad L. Jul. d. Adult. huic ætati erat facultas in publicum prodeundi, causas agendi, de jure respondendi l. 1. §. 3. ff. d. Postul. §. ult. qui & ex quib. caus. man. Quinta ætas est majorrennis arg. l. 1. §. 2. ff. min. l. 69. §. 1. ff. d. Leg. III. hæc si non impediatur ad omnia est idonea Vult. ad §. f. j. d. Obl. & pr. j. d. V. O. Sexta ætas est Senectus Menoch. arb. jud. q. c. 59. præferenda est in Dignitatibus juventuti arg. l. ult. ff. d. Fid. instrum. l. 3. §. 15. ff. d. Mun. & Hon. ejus testimonium est magni momenti Althus. Diceol. l. 3. c. 35. n. 46. Ei quoq; immunitas ab oneribus conceditur l. 5. pr. ff. d. Jur. imm. l. 2. §. 7. ff. d. Vac. mun. l. f. C. Quiet. vel prof. se excus. Septima est Senium seu Decrepitas immunis est à Testimonio l. 8. ff. d. Test. Torturâ l. 3. §. 7. ff. de SC. Syll. Tutelâ & Curâ §. 13. j. d. Excus. Tut. & civilibus muneribus l. 2. §. 1. d. Vac. mun.*

IX. *Qui turpe esse affirmant Viro comam alere, illi putant naturam pariter habitum crinis ac sexum distinxisse in personis, quanta vero Viro turpitude si patiendo muliebria sexum sequiorem imitaretur, tanta quoq; foret si habitum mulierum proprium & peculiarem usurparet. Confirmant hoc ipsum dicto 1. Cor. 11. v. 7. & Tertull. l. 2. d. Cult. Fem. ubi in genere prohibet exuvias alieni capitis forsân immundi forsân nocentis & gehenne destinati suo capiti imponere, jubetq; omnem ornatus Servitutem à libero capite depellere. vid. Rob. Sharrock d. offic. secund. Nat. Jus. c. 9. d. Hab. Crin. Sed ratio allegata implicat Fallaciam Consequentis, quia non sequitur præcisè in crinis habitu esse distinctionem notandam, licet Natura quoad sexum aliquam differentiam constituerit, cum distinctio ratione*

tione sexus longè alia notetur in *l. 9. ff. d. Stat. Hom.* Nec stabili-  
 tur hæc assertio dicto Apostoli *1. Cor. 11. v. 7.* quod patet ex Anselmi  
 duplici interpretatione, cujus verba: *Vir quidem non debet velare*  
*caput i. e. non debet habere signum Servitutis vel potestatis super*  
*se sed libertatis; Mulier debet habere velamen super caput i. e. ad*  
*potestatem designandam Viri super se, & propter Angelos i. e. propter*  
*Sacerdotes divine Voluntatis nuntios, nè in ejus faciem irritentur*  
*ad libidinem, vel propter Angelos qui Nobis sunt ad custodiam de-*  
*putati ne displiceat eis lasciva mulieris denudatio, si viderint fomi-*  
*tem peccati per eam excitari. Et mox secundum sensum spiritualem,*  
*non docet ipsa Natura mulierem sine velamine Deum orare, quoniam*  
*erectus hominis status indicat, quod illa pars rationis ejus que tem-*  
*poralia procurat, non sine velo discretionis ea debet à Domino petere,*  
*ne se prorsus dejiciat in appetitum rerum terrenarum. Vir quidem*  
*i. e. superior mentis sensus qui caelestia serenus debet cogitare si nutriat*  
*comam i. e. densitatem superfluarum cogitationum ignominia est illi.*  
*Mulier i. e. pars illa mentis que temporalia dispensat; si comam nu-*  
*triat i. e. multitudinem utilium cogitationum, per quas sapienter ex-*  
*pleat necessariam rerum corporalium administrationem gloria est illi.*  
 A prima explicatione non recedunt *Basiliius M. Archiep. Cæsariensis*  
*in Reg. moral. Sent. 56. c. 7. Ambrosius ad. d. Epist. Hieronym. ad eam,*  
 eadem fere habet verba quibus deinde subjicit: *Nazaræi ut comam*  
*nutrissent ex Dei præcepto devotissimè faciebant. Cyrillus Archiep.*  
*Alex. l. ad Reginas de Recta Fide.* Nec obstat dictum Tertulliani  
 quòd tum in *d. l.* tum in *l. d. Virg. veland.* prohibet luxum arte  
 quæsitum, non verò omne velamen, quod Natura neq; Sexui mascu-  
 lino denegavit, inde prò expedienda hac controversia dicimus turpe  
 esse *Viro* crines ex *luxu* mentiri, quia ita se luxuriose gerens muliebri  
 mollicie contra sui sexus præstantiam fractus instar mulieris Pacem  
 luxu & Bellum formidine moratur. Quando vero *luxus* à *Viro*  
*abest,* tum ei non est turpe *comam alere,* quia hoc ita, ut vestiendi  
 ritus in liberrimo liberi hominis relinquatur arbitrio quod multarum  
 Gentium mores perspicuè confirmant. *Sbarrokd. l.*

X. *Gynacomachi* omne muliebrè detestantes imperium cor-  
 poris & animi robur, Regiasq; Virtutes eis deesse statuunt. *Bodin. 6.*  
*d. Rep. 5. Arnif: 1. doct: pol: 9. Lips: 1. mon: Exemp. polit: 2. Eberh.*  
 à *Weibe*

à Weibe explic: discept: utrius Regni conditio melior, an cui Rex nascatur, an eligatur Bach. ad Tit: d. Stat. Hom. Inde neclunt hanc consequentiam, Illum Sexum qui Regiis caret Virtutibus non posse imperare; dictam Rationem confirmant exemplo Regis Ebraeorum in cuius Electione sexus masculinus tantum habebatur ratio Maym. hal. Melach. c. 1. v. 6. Deut. 17. vers. 15. Sed tota argumenti vis corrui ex distinctione qua gradus Virtutum ab ipsis Virtutibus, & imperium electivum à Successivo distinguuntur; Quoad gradus differentias quasdam inter Virtutes Virorum & mulierum invenire sed ideo non omnes Virtutes ab iis remove licet Arist. l. Pol. 8. & 3. Pol. 3. P. Zacch. quest. med. leg. Lib. 2. t. 1. q. 5. Consultius quoq; est in Regno Electivo sexui fortiori & digniori prerogativam concedere, hoc tamen non est Jure Gentium necessarium ut & in Regnis, quæ pleno modo possidentur & in patrimonio sunt præcise observetur Grot. d. l. B. & P. L. 2. c. 7. §. 11. & 12. Exempla Gynæcocratia videre licet apud Tiraq. d. Jur. Primog. q. 10. Dana. 6. Pol. Christ. 3.

XI. Sequior sexus ab omnibus officiis publicis est remotus l. 2. pr. ff. d. R. 7. minor in eo dignitas, quam in virili l. 1. pr. ff. d. Sen. Estq; non tantum in P. P. secundum l. 2. §. 1. & l. 29. pr. ff. Sol. matr. l. 1. §. 1. d. agnos. Lib. Sed etiam quoad concubitum & operas in potestate mariti Tiraq. d. Legib. connub. tit. 1. de la puissance & administration des mar. §. 1. Distingvitur quoq; à sexu masculino 1. ratione nubilis ætatis pr. j. d. RNupt. l. 9. ff. d. Spons. junct. l. 4. ff. d. Rit. Nupt. 2. ratione dignitatis, ut mulier plebeja de Nobilitate participet mariti Tiraq. d. Nobil. c. 18. n. 3. l. 8. ff. d. Senat. l. ult. pr. C. d. Nupt. l. 13. C. d. Dignit. 3. ratione luctus, nè Viduæ intra annum nubant l. 11. §. 1. ff. d. his qu. not. inf. l. 2. C. d. Secund. Nupt. 4. ratione stupri ante Nuptias perpessi ut stuprata repudiari queat, quia libido foeminæ multò foedior est quam Viri arg. l. 1. C. de Mul. quæseserv. prop. junxer. l. ult. C. Comm. d. man. 5. ratione Tutelæ ut non nisi mater & Avia quamdiu Viduæ sunt admittantur, N. 118. c. 5. Auth. matri & avia C. Quand. mul. Tut. off. fung. pot. utvè 6. mater & Avia si tutela fungi vel nequeant, vel detreæent Tutores petant §. 6. j. d. SC. Tertyll. nec 7. mater Liberos Tutrix Usufr. in bonis liberorum habet l. 6. in pr. C. d. Bon. quæ Lib. ratione Contractuum infirmitati

mitati mulierum consulitur *l. 2. §. 2. ff. Ad SC. Vellej. Tiraq. d. Leg. Connub. in l. 1. n. 74. & 75.* (9.) ratione Dotis *l. 2. ff. d. Jur. Dot.* (10.) ratione instantiæ ut Viduæ primam instantiam coram Judice Superiore habeant *l. un. C. quand. Imp. int. pup. vel Vid. vel miserab. pers. cogn. Gail. l. 1. c. 1. n. 40.* (11.) ratione Testimonii ne valeat circa Testamenti confectionem *§. 6. j. d. Test. Ord. l. 20. §. 6. ff. qui Test. fac. p.* (12.) Ratione feudi nè in feudo propriè sic dictò succedat. *F. 1. §. 3.*

XII. Hermaphrodisi in quibus sexus masculinus prævalet in numero Virorum, in quibus femininus in censu mulierum habentur *l. 10. ff. d. Stat. Hom. l. 15. §. 1. ff. d. Testib. l. 6. §. 2. ff. d. Lib. & Posth.* Si vero fuerit Hermaphrodisus tantæ perfectionis, ut utrumque semen à suis vasis concoctum habeat, & in utroque sexu successivè & agere & pati queat, is tenetur alterum sexum eligere & electione facta alterò utens ab alterò abstinere. De his ut & de sexu sequiore alios speciales casus ne castæ hic offendantur aures præterimus, de quibus fusius *Manard. l. 7. epist. 2. Pareus l. 24. c. 4. Carranz. d. part. & Paul. Zacch. qu. med. leg. lib. 1. & seqq.*

XIII. Libertas quam fingit *Hobbes* in statu Naturali hominis *c. 1. de Civ. est Servitus Naturâ* quâ Ratio Imperio Appetitus sensitivi Rationis nullo modo participis servit, ex quo *bellum omnium in omnes* contra Intellectus dictamen more Gigantum insurgit. Natura siquidem nostra *Ratione prædita* statum exigit, tum rationi congruum, tum viribus quibus omnes facultates gaudent proportionatum. Unde *Marcus Antonius* τὸν εἰς ἑαυτὸν *Sect. 55.* ait principale esse in hominis Constitutione affectare non quæ sibi sed quæ simpliciter sunt optima & communis Nature Rationisq; Legi maximè consona. *Cumberland. d. Legib. Nat. c. 2. Pufendorf. in tract. de Officio Hom. & Civ. l. 2. c. 1.* Sed quid magis Rationi adversatur? quàm Tyrannica vox: *Si libet, licet.* Cui justa respondet: *Si licet, libet.* Servitus naturâ, aliquam mutationem & emendationem per educationem & institutionem convenientem admittit, ac distinguitur à Servitute contra Naturam, quæ cum Servitute secundum naturam *Arist. 1. Polit. c. 3. & 5.* convenit, estque ignobilissima Subjectionis species *Grot. d. I. B. & P. L. 2. c. 5. §. 27.* Servus secundum Naturam dicitur fieri per Venditionem *1. Pol. 2.* Idem dicitur de Servo contra Natu-

B

cam

ram l. 5. §. 1. ff. d. Stat. Hom: Idque non tam ex conventionē, quæ  
Servum efficere nequit l. 37. ff. d. Lib. Caus. quam ex pœnâ l. 4. quib.  
ad lib: proclam. non lic: Quicquid Servus secundum naturam acqui-  
rit, Domino suo acquirit. 1. Polit. 4. § 6. Idem dicitur de Servo con-  
tra Naturam §. 4. j. per qu. pers. cuiq; acq: l. 32. d. A. R. D. l. 62. d. V. O.  
l. 45. in pr. ff. d. Jur. Dot: l. 25. §. 4. ff. d. A. H. Unde constat hic con-  
tra naturam non significare aliquod factum contra naturalem pro-  
pensionem ut si terra sursum ignis deorsum feratur, sed contra pri-  
mam Naturæ conditionem & Statum.

XIV. Servi veteribus manumissionum modis censu, vindicta  
& Testamento è potestate Dominorum dimissi majorem, aliis vero  
modis Inter Amicos, mensa, per epistolam minorem vel etiam pror-  
sus inferiorem h. e. infimam & pessimam libertatem consequeban-  
tur *Giphan: ad §. Libertinorum 3. j. d. Libertin: species Libertinita-  
tis prædictæ sublatae t. t. C. d. dedit: Lib: toll: d. Lat. Lib. toll. N. 78. c. 2.*  
Et modis manumittendi alii adhuc adjecti sunt, qualis est modus ma-  
numittendi civilis in SS. Ecclesiis sub aspectu plebis & Antistitis qua-  
licunq;ve scripturâ interveniente factâ §. 1. j. d. Libert. Theoph. ad §.  
f. j. d. t. t. t. Cod. Theod: d. man: in Eccles: Per Testamentum quò fit  
manumissio, intelligimus & Codicillos & quamlibet ultimam Vo-  
luntatem e. g. Donationem Libertatis mortis causa, de quâ l. 15. ff. §  
*βασιλικ. d. Manumisf. ait: Mortis causa rectè manumitto absolutè,  
tanquam apud Prætozem & fiet Liber cum moriar. Possum autem  
agi pœnitentia, perinde ac si rem Tibi donavero, ut post mortem me-  
am fiat Domini tui.* quàm ita explicat *Dorotheus: Libertas Servo  
etiam mortis causa donari potest, quod non ita intelligendum ut si  
convaluerit Dominus Servus Liber non fiat: Sed ut eum absolutè  
liberet propter mortem quæ quandocunq;ve speratur, & perinde ac  
si ipsum absolutè vindicta liberasset, quoniam autem se moriturum  
cogitabat Dominus, mors ejus expectanda. Ita etiam in hâc specie  
in extremum vitæ Domini terminum suspenditur Libertas, si ad mor-  
tem usq;ve perseveraverit in eadem Voluntate. Nam cum quis rem  
tradit ut eo moriente Dominium in accipientem transferatur, tunc  
demum accipiens rei Dominus fit, cum usq;ve ad mortem in eadem  
Voluntate permanserit, qui donavit. Sic in hoc casu potest quidem  
Donatarius consequi libertatem, sed non consequitur eam statim,  
pariter*

pariter ac Statu liberi, qui propterea non referuntur ad statum liberorum, quia suspensam inque eventum aliquem destinatam habent Libertatem. *l. 15. ff. de Nox: Act: l. 9. pr. l. 16. ff. d. Stat. Lib. l. 10. §. 2. l. 17. βασιλικ. eod.*

XV. Lex famosissima *S. C. d. Ingen:* (1) Regulam ponit *Diffamari Statum ingenuorum vel errore vel malignitate quadam periniquum est* (2) exemplum cum affirmes diu *Præsidem unum atq; alterum* i. e. Successorem interpellatum à te, vocitasse diversam partem, ut contradictionem faceret si defensionibus suis consideret. Unde constat merito *Rectorem Provinciae commotum allegationibus tuis sententiam dedisse, ne de cetero inquietudinem sustineres. Si igitur adhuc diversa pars perseverat in eadem obstinatione, aditus Præses Provinciae ab injuriâ temperari præcipiet.* Huc respiciunt verba initialia *l. 8. C. Theod. d. Famof. Libell. Jampridem Lege scil. Remmia l. 13. ff. d. Testib. l. 1. §. 2. ad SC. Turpil. Pithæus ad Coll. Leg. Mosaic. Ant. Aug. tr. d. L. L. adversus calumnias firmissima sunt præsidia comparata. Nullus igitur calumniam metuat.* Hic casus quia super diffamatione Ingenuitatis conceptus est non videtur extendendus *Anth. Perez. Prælect. in L. 7. Cod. T. 14. n. 10.* attamen quia regula generalis est Doctores eam obtinere volunt in realibus & in petitorio ac possessorio *Gom. ad. §. præjudiciales n. 7. j. d. Act. Cepb. conf. 381. n. 11. l. 3. in injuriis, quanquam Actio ex L. Diffamari cum Actione Injuriarum cumulari nequeat Carpz. l. 2. Resp. 57. n. 3. & seqq. Mevius lib. 1. dec. 144. Brunnem. in Com. ad l. 5. C. d. ing. man.* ac in omni alia causâ tam civili, quam criminali, tam personali quam reali, quatenus alicujus jactantia jus alteri esse negatur, aut super crimine infamatur e. g. cum Titius spargit se posse Sempromium accusare furti, se nosse quid de ejus homicidio, si spargat eum non esse justum possessorem prædii, injustè domum emisse metu illatò seq; in eâ, aut in illò prædiò potius jus habere &c. *Covarruvias lib. 1. var. cap. 18. n. 4. Mynsing. 5. cent. o. 81. & 6. cent. 90. Gail. l. 1. o. 9. Leges quæ sub Tit. d. Lib. caus. & seqq. in Codice Theodosiano reperiuntur pleræq; in C. Justinianæo sunt omisæ utpote sublatis a Justiniano Adsertionibus, Adsertoris quærendi difficultate & SCTo Claudiano.*

XVI. *Dominorum Jus vitæ & necis in Servos sine prævio delicto*

licto non nititur Justitiâ plenâ & interna, nullus siquidem homo hominem jure potest interficere nisi is capitale commiserit crimen. *Grot. d. I. B. & P. L. 2. c. 5. §. 28.* ideo Hadrianus justissimè quaestiones decrevit adversus Dominos qui sine causa Servos occidunt. *Spart. referente, & ante Hadrianum Seneca 3. d. benef. 22.* testante: positum esse qui de injuriis Dominorum in Servos audiat, quod jus *Antoninus* ita confirmavit ut Dominorum potestas maneat illibata & Servi beneficiorum memores Dominos tanquam vitæ restitutæ autores colant §. 2. j. *d. his qui sui vel al. jur. & Servis contra famem & intolerabilem sævitiam subveniant jura l. 1. ff. eod.*

XVII. Ea quæ de utroque Dominicæ potestatis effectu nec non durissimâ Servorum conditione dicuntur in Jure Civili hodie partim sublata partim emendata sunt quod prolixè docent *Husan. & Stam: de Servitute personali;* unde inter Christianos qui unius magnæ Civitatis Ecclesiæ scilicet membra sunt non idem quod de Servis olim, nunc de hominibus propriis fit judicium, ut quadrupedibus annumerentur *l. 2. §. 2. ff. Ad L. Aquil: ab actionibus civilibus removeantur l. 32. ff. d. R. I. l. 59. §. 2. ff. d. Cond. & Demonstr. vel appellatione instructi fundi contineantur l. 12. §. 2. & §. 8. ff. d. instruct: vel instrum. leg. aut eorum more in contubernio vivant, l. 3. C. Incest: & Inut: Nupt: vel prohibeantur ut Servi in judiciis stare l. 6. C. d. jud: cognomine uti l. 9. C. d. Lib: caus: , bona possidere l. 118. ff. d. R. I. l. 1. §. 6. ff. d. A. P. contrahere l. 22. ff. d. R. I. l. 41. ff. de Pecul: At tamen utiliter quædam ex jure antiquo Servorum derivare adque Statum nostrorum famulorum & rusticorum quos in Saxonia *Lassen Jur. Sax: L. 2. a. 59.* & in Prussia homines prutenicæ conditionis vocemus *Privileg: Samb: a. 1413. d. à Magistrô Teuton: Ord: Henrico à Plawen,* qui ab antiquis Saxonibus & Prusis devictis originem suam habent, & jumentis censu frumento anseribus gallinis operis determinatis & indeterminatis Dominis subvenire nec bona quæ in possessione habent alienare aut ea deserere tenentur *Jur: Sax: L. 1. a. 53. & 3. a. 56. P. R. L. 5. T. 15. §. 2.* Manumissio quoque tum quæ simpliciter tum quæ sub conditione aliqua fit rectè applicatur ad concessionem facultatis migrandi quo vult, quam impetrat rusticus à Domino vel rustici filius si studiis operam dederit à *Lege ex Testamento D. Alberti.**

XVIII.



XVIII. Divisiones hominis ratione *conceptionis, ætatis, sexus,*  
*& libertatis* excipit Divisio in *Civem & peregrinum*. Civis originem  
 ex Bello derivat Hobbes *d. Civ. c. 1.* dicens ex æqualitate hominum  
 naturali, appetitu plurium ad eandem rem, Diversitate ingeniorum  
 & jure omnium in omnia bellum & mutuum metum provenisse;  
 Cum vero huic metui defensio medeatur, inde Cives mutuis pactis  
 ac foederibus contra injustam violentiam se munientes esse exortos.  
 Nihil vero novi proponit *Hobbes* qui in terminis saltem ludit & mo-  
 do axioma Aristoteles *homo est animal politicum* removet, modò  
 verum esse dicit, homini per Naturam sive quatenus est homo i. e.  
 statim atq; natus est solitudinem perpetuam molestam esse. Nam  
 infantes ad vivendum adulti ad bene vivendum aliorum ope in-  
 digent. Itaq; homines alterum alterius congressum Naturâ cogente  
 appetere non negat. Sed negat hominem qui ipse jure naturali est  
 judex sine disciplina rectè cognoscere media ad conservationem fa-  
 cientia, præcipuè si ingenium ferox sit & arrogans sibi honorem &  
 existimans omnia licere sibi soli ut dicit *in §. 4. d. c.* De hujusmo-  
 di ferinò homine dicta quidem vera sunt, male tamen ea ad origi-  
 nem Civium & Statum hominis naturalem transferuntur, quia ho-  
 minis status naturalis Rationi conveniens & congruus esse debet.  
*Cumberland. d. l. Legib. Nat. c. 2. Pufendorf. dict. tract. d. officio*  
*hominis & Civis lib. 2. c. 1. Strimes. praxiolog. apod. & Pythanol-*  
*gia Hobbes. opposita.*

XIX. Civium Romanorum triplex olim Jus erat *Sigon. d.*  
*antiq. jur. Civ. Rom. c. 5.* Sed Imperatores certis gentibus jura Ci-  
 vitatis Romanæ dederunt *Dio. l. 54. & Tacit. 11. Annal.* Tandem  
 Antoninus illud jus omnibus Subditis concessit *l. 17. d. Stat. Hom.*  
 licet non in eodem eum Romanis gradu, quare semper ad differen-  
 tiam aliarum provinciarum Romani peculiaribus sunt usi vocabulis  
*l. 2. de Decret. ab Ord. fac. l. 81. ff. d. Furt. l. 15. 16. & 17 ff d. V. S.*  
 Nec enim jus plenum Civis suffragiorum honorum & tribus ex Gon-  
 stitutione Antonini consequiebantur, sed ea jura quæ olim habebant  
 coloniarum & municipia & provinciarum togatarum ut honorum participes  
 essent & jure Quiritium uterentur, non ut in aliis populis itidem ut  
 in Populo Urbis Romanæ fons Imperii esset. *Grot. l. 2. c. 9. §. 11.*

XX. Cives qui jure Belli devicti in alterius potestatem auffs  
Genade und Ungenade sine ulla conditione transferunt, non possunt  
sibi de imperio civili gratulari, quia in eò non utilitas ejus qui regi-  
tur sed regentis spectatur *Arist. 7. d. Repub. Tacit. 12. Ann.* & quidem  
jure, aliàs si Princeps Cives optimo jure privilegiis pactis & immu-  
nitatibus munitum pessimè gubernet, omniaq; ad suam utilitatem  
cum Civium injuria referat, is Libertatem Civium non minuit, nec  
talis liber populus ex Statu Libertatis in Statum Servitutis incidit,  
quia Status Civium non ex intentione Regentis sed ex jure secun-  
dum quod in Civitatem coaluere judicari debet.

XXI. Civis qui ulterius à Repub: defendi nequit si ad tollen-  
dam obsidionem ab hoste petatur ipse in deditioem consentire &  
interitu Sui Salutem totius promovere debet, quia Vir officii civilis  
non ignarus utilitati omnium plus quàm unius alicujus aut suæ con-  
sulit *Cic. lib. d. Fin. 3.* Si vero hoc debitum negligat invitus est co-  
gendus, tota siquidem Civitas quæ unò Cive superior est, eum ad  
omnia quæ Virtus præcipit cogere potest *H. Grot. d. I. B. & P. L. 2.  
c. 25. §. 3.*

XXII. Peregrinos recipere non solum naturalis inter homi-  
nes necessitudo jubet, sed etiam commercia & permutationes sine  
quibus commodè Societas humana subsistere nequit svadent *Cic. 1.  
offic. Grot. d. I. B. & P. L. 2. c. 2. §. 16. 17. Seld. d. Jur. Ebr. l. 6. c. 1.  
p. 694. 702.* Nec facit quicquam in contrarium inhospitalitas Ponti  
Euxini accolarum, hos enim hospitem immolatorum carnibus vesci  
& calvariis poculorum uti loco tradit apud *Strabonem. L. 7. Apollo-  
dorus,* cujus sententiæ contradicit *Sam. Bochartus l. 3. Phaleg. c. 9.*  
adducens plures testes pro eorum humanitate, etsi quædam Gentes  
jus hospitalitatis in Natura sociali expressum non servassent, pro-  
pterea tamen nequaquam hoc jus tollitur, sed obligat id ipsum o-  
mnes gentes, licet apud moratiores tantum obtineat *Grot. d. J. B.  
& P. L. 1. c. 1. §. 12. Sutholt. Disf. 1. §. 54.*

XXIII. Hospitandi ratio alia est mercenaria in publico diver-  
sorio ad quod omnibus peregrinantibus pro mercede patet aditus,  
quæ commendationem insignem non meretur *l. 2. offic.* Alia vero ra-  
tio est hospitii gratuiti quæ liberalitatis aliquem actum involvit, &  
pro ratione facultatum peregrinis benevolentiam officiaq; exhibet,  
quo-

quoniam parvæ singulorum copiae sunt, eorum vero sæpe qui his egent infinita est multitudo, inde tamen licet ea benignitas cum facultatibus commensuratur tanto magis permutatoriae præferenda est, quanto magis ad Virtutem accedit, quia valdè decorum est patere domus hominum peregrinis hospitibus & externos hoc liberalitatis genere in urbe non egere. *Arist. 4. Nic. 2. Cic. 2. off.* Hanc gratuitam inhospitationem charitate hominum sensim evanescente peregrini rarissimè experiuntur, & præcipue ii qui amore scientiæ exules, facti de divitibus pauperes, semet ipsos exinaniant vitam suam multis periculis exponunt, & à vilissimis sæpe hominibus (quod graviter ferendum est) corporales injurias sine causâ perferunt. *Auth. Habita C. Ne fil. pro Patr.* Inde hoc jus Extraneis in theoria ita considerare licet quatenus est obligatio in Civibus ut peregrinis benefaciant, sed nullum jus in peregrinis, quò Cives ad officium Virtutis debitum compellere queant.

XXIV. In omnibus Rebusp. utuntur communi omnium jure peregrini, qui Gentibus usum aquæ vel terræ denegantibus jure obijciunt quid prohibetis aquas? usus communis aquarum est. Quid Nos jure prohibetis arenæ? Ilioneus apud Virgilium cum Trojani in terrâ Africâ consistere vetarentur, Deos judices audet invocare. Athenienses qui Megarenses portibus suis arcebant communi Græcorum judicio jus commune violasse dicebantur. Bojaculus sidera & Solem ultores provocabat, ut in eos aquas superfundant qui terras hominibus erepturi sunt *Tacit. l. 13. H. Grot. d. J. B. & P. L. 2. c. 2. §. 15.* Competit quoq; peregrinis in foro cum Indigenis disceptantibus peculiare aliquod jus hospitii das *Gast Recht* secundum quod lis in judicium deducta levatò velò sine omni strepitu præfixis brevissimis terminis summarissimè expeditur *Besold. in thes. pract. & Wehn. in o. th. pract. in voc. Gast Recht. Mevius ad Jus Lubec. L. 3. T. 1. a. 1. n. 42. 51. & seqq. Weichbild a. 66. & 47. P. I. N. L. 1. T. 13.* An vero favor peregrinorum tantus sit ut etiam publicorum officiorum & Magistratus participes fieri queant inter Senatam Romanam & Claudium Imperatorem diversis studiis certabatur, cum primores Galliae, quæ Comata appellatur, jus adipiscendorum in Urbe honorum expeterent *Tacit. l. 11. Ann.* Urgebat Senatus ne insignia patrum, decora Magistratum vulgarent, non ad eò agram Italiam, ut Senatum

tum suppeditare urbi suæ nequiret: suffecisse olim indigenas consan-  
 gvineis populis, nec pœnitere veteris Reipub: Quin adhuc memo-  
 rari exempla quæ priscis moribus ad Virtutem & gloriam Romana  
 indoles prodiderit, inde præcavendum ne peregrini Curiam & o-  
 mnia oppleant, cætusq; alienigenarum velut captivitas inferatur. *Job.*  
*Cas. in Sphæram Civitatis* peregrinis adhuc infensior eos dicit *id esse*  
*Civitati, quod locustæ segeti.* *Lips. in not. ad c. 4. l. 3. Polit.* ait: *in*  
*quam domum vespillones veniunt, signum est funeris, sic Reipub. la-*  
*bentis ad quam adhibentur peregrini.* Sed restringit *Lipsius* suam  
 assercionem dicens ita demùm hoc prò signo esse accipiendum Reip.  
 civiliter morientis si plures indigenarum numero evehantur; Ut  
 adeo peregrinis ni modò omnes dignitatum portas obsideant adi-  
 tus ad Magistratum præcludi nequeat, imprimis verò si boni & ob  
 bene merita clari fuerint ut *Hermodorus l. 2. §. 4. ff. d. O. J.* à qui-  
 bus nihil mali metuendum sed potius magnum Civitatis incremen-  
 tum sperandum est, quia à bonis nil mali metuimus sed Reip. Salu-  
 tem impetramus teste Imperatore Claudio respondente Senatui seqq:  
*Tunc solida domi quies & adversus externa floruimus, cum Trans-*  
*spadani in Civitatem recepti. Num penitet Balbos ex Hispania, nec*  
*minus insignes Viros è Galliâ Narbonensi transivisse? Manent posteri-*  
*corum, nec amore in hanc patriam Nobis concedunt. Quid aliud*  
*exitio Lacedæmoniis & Atheniensibus fuit, quanquam armis pollerent,*  
*nisi quod victos prò alienigenis arcebant? Hodie in praxi altera*  
*Respub: contra alteram alienigenas à Magistratu arcentem jure seu*  
*beneficio Retorsionis utitur ex æquitate naturali, de quâ t. t. ff. Quod*  
*quisq; jur. in al. st. ut ipse eod. jur. ut.*

XXV. Servis in jure Canonico Ordinibus interdicitur t. t.  $\times$ .  
*d. Servis non ordinandis.* Debet enim ait *Leo Pontifex* esse immunis  
 ab aliis qui divinæ militiæ est aggregandus, ut à castris Dominicis,  
 quibus nomen ejus adscribitur nullis necessitatis vinculis abstra-  
 tur c. 1. d. 54. tum etiam quia honestas & dignitas Ordinis Eccle-  
 siastici Civili Servorum conditione deformari non debet c. 5. d. t.  
 Quod in tantum procedit, ut Servus fugitivus fortè qui fraude ali-  
 quâ, incio vel contradicente Domino ad Ordines irrepsit depo-  
 ni ab Ecclesia & Domino restitui jubeatur, c. 2. t. d.

XXVI.

XXVI. Jura peregrinorum & Civium Romanorum in §. 19. attigimus saltem, fufius de iis tractat. *Brisson. Select. ex jur Civ. Antiq. Lib. 1. c. 13.* Peregrini dicebantur qui Cives Romani non erant *l. Sed et si §. Solemus D. d. Hered. inst.* nec Civitatis Romanæ commodis fruebantur, quæ quàm maxima fuere. Ex Civium enim Romanorum testamentis soli Cives capiebant, Civiumq; duntaxat Romæ rata habebantur testamenta ut *Ulpian. in j. tut. tit. 22. §. in §. solemus.* tradit inter solos Cives etiam Romæ justæ nuptiæ contrahebantur *§. 1. j. d. Nupt.* Propriumq; erat eorum, ut in liberos P. P. jus haberent *§. 1. j. d. P. P.* Verberibus etiam cædi Cives, aut in crucem agi aut injusu populi in eos animadverti fas non erat. In legionibus quoq; non alii, quam qui Civitatem accepissent militabant. Inter solos Cives solennes per nexum abalienationes locum habuisse, ostendit Cicero *in Topicis.* Eademq; olim Usucapionum causa fuit. Honores Romæ gerere, suffragium ferre & toga uti tantum Civibus licuit *l. sed si accepto D. d. jur. Fisc.* Nec sine crimine aliam Romano homini vel in mediâ Asiâ vestem sumere licebat. Itaque à Q. Fabio in invidiam P. Scipio eò nomine adducitur, quod in Sicilia palliatus fuisset. Idemq; cum Rabirio Posthumo ab adversariis objectum esset, accuratam in eo facto purgando orationem consumit Cicero. Aliis vero togæ usus interdictus *Plin. l. 4. epist. ad Minut.* Idem cum græco pallio intrasset (carent enim togæ jure quibus igni & aqua inierdictum est) postquam se composuit circumspexitq; habitum suum, latine *inquit* declamaturus sum. *Svet. in Claud. c. 15.* Peregrinitatis reum ortâ inter Advocatos levi contentione, togatumvè an palliatum dicere causam oporteret, quasi æquitatem integram ostendens mutare habitum, prout accusaretur, defendereturq; jusfit Quorum omnium quæ Quiritium peculiaria ac propria peregrini expertes erant, donec Cives & peregrini æquali jure Civitatis, licet non in eodem gradu, uti jussi ab Antonino *l. 17. D. d. Stat. Hom.* cujus Constitutionem quâ omnibus in orbe Romano degentibus Romana Civitas concessa fuit ex principiis Stoicis emanasse statuit M. Aurel. Galv. *d. Disf. Usufr. cap. 5. n. 12.* quia author illius Stoicus fuit, qui orbem unam Civitatem esse statuit, ideò eò facile inclinavit, ut univèrsum Romanum orbem in Urbem Romam constringeret, unde Rutil. in Itin.

C

Fecisti



Fecisti patriam diversis gentibus unam  
Profuit invitis te dominante capi.  
Dumq; offers victis proprii consortia juris,  
Urbem fecisti, qui prius orbis erat.

Quamvis enim de hoc Authore diversa extent testimonia, cum *D. Chrysostronus* in *Acta*, cum Hadrianum, *Justinianus* vero in *N. 78. in fin.* cum fuisse Antoninum Pium fateatur, nihilominus major fides adhibenda est *Aurelio Victori* optimo rerum Romanarum scriptori, qui Marci gesta recensens aperte scribit: *Data cunctis promiscue Civitas Romana.* Lapsus itaq; ea in re *D. Chrysostronus.* Sed *Justinianus* forte in hanc sententiam incidit quia in *d. l. 17. Constitutio* adscribitur Antonino, quem ipse de Antonino Pio accepit, cum esset de *M. Antonino* intelligendum; Veteres enim Antoninum Pium non Antoninum sed Pium appellare solebant. Unde *Auson.*

Ille vocatus

Cosultisq; Pius.

Marcum ergo Imperatorem *d. Galv. concludit* in ea constitutione respexisse dubio procul ad praedicta Stoicorum placita, ut crederet, sic omnes homines inter se consociatos esse, ut concives esse videantur, ideoq; *Justinianus* cum dicit Philosophiae plenum fuisse *l. pen. C. d. hic qu. ut indign. aus. & philosophum, imò (ut in quibusdam versionibus) philosophissimum* appellat in *Nov. 60.*



Kc 3004

ULB Halle

3

003 757 714




Bitte nach Ausleihe an  
Frau Richter. 1  
Sammelbd. ? oder  
Inhaltliche Werte ?

von 125







N. J.  
 TATIO III. 3  
 ETARUM  
 SIUM  
 RTI & CON-  
 VERSI  
 narum d. Ingen. d. Li-  
 :cauf: man: non posunt d.  
 vel al: Jur.eisq; ff.C.Just.Theod:  
 . Titulis respondentibus.  
 Quam  
 ESIDE  
 E CHRISTO.  
 O Volk/  
 D. & P. P.  
 HELGVIGIUS,  
 Siles.  
 NDENS  
 è defender  
 ORIO MAJORI  
 lbc. LXXX.  
 O MONTI.  
 EUSNERIANO.